



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

C. Agnes, Herzogin von Braunschweig, vereignet dem Domstifte von  
Berthold Schenke resignirte Hebungen aus Buchholk und Schleiß, am 1.  
Sept. 1320.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

chionis de Brandenborgh felicis memorie, quondam Mariti nostri, vnum mansum libere donauimus Ecclesie in villa puwelinge perpetue absque omni impedimento possidendam. V. igitur hec nostra donacio firma et inconuulsa permaneant Et ne ab aliquibus successoribus valeat infringi, Eadem scripta nostra dedimus et hec nostri sigilli appensione iussimus communiri. Testes huius donacionis sunt Dominus Zacharias canonicus in Stendal, Dominus Hinricus plebanus in puwelinge, sacerdotes, Dominus Conradus de offerborgh, Dominus Gherardus de Kerkowe, Milites, Beringerus Storm, nec non Engelbertus Casteil Burgenfes in Stendal et alii plures fide digni. Actum et datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>. In die trinitatis.

**XCIX.** Ritter Heinrich von Rochow resignirt der Markgräfin Agnes einige Hebungen zu Nierdorf zu Gunsten des Domstiftes, am 25. Mai 1320.

Nos Hinricus, miles, dictus de Rochowe, Universis Christi fidelibus presentia visuris cuius esse notum, quod tria frustra reddituum, que a nobis tenuit Fredericus de Stendal, Civis in Tangermunde, in villa Niggendorpe titulo feodali, illustri domine et principi domine Agniti Marchionisse quondam Brandeburgice ad manus seu ad usum dominorum et Capituli Ecclesie Stendaliensis resignamus evidentius in hiis scriptis. In cuius resignationis evidentiam Sigillum nostrum presentibus est appentum. Testes huius resignationis sunt: Albertus, Sanderus, Bartoldus, milites dicti de Buzt, ac Ebole de Buzt, armiger, et quam plures alii fide digni. Datum Rateniowe, anno domini nostri M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>, in die Bonifacii pape et martyris.

**C.** Agnes, Herzogin von Braunschweig, vereignet dem Domstifte von Bertold Schenke resignirte Hebungen aus Buchholz und Schleuß, am 1. Sept. 1320.

Nos Agnes, dei gracia Ducissa Brunswicensis, recognoscimus publice per presentes, quod fidelis noster miles Bertoldus Schenko nobis ad minus honorabilium virorum capituli et canonicorum Ecclesie sancti Nicolai in Stendal resignavit, ferua debita sollempnitate, quatuor talenta minus octo solidis denariorum Brandenburgensium, sita in eorum villa bukholz, et in villa Sloytiz octo solidos eorundem denariorum, que dicto capitulo et Canonids dimittimus perpetuo et dimissimus, quibus nichilominus denariis renunciamus litteras per presentes. Huius rei testes sunt Gherardus de kercowe, Conradus de Offerborch et bertoldus de buzst milites, Hermannus de luchow clericus cum aliis fide dignis. In cuius rei testimonium nostro sigillo muniri fecimus presens scriptum in Stendal Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>. die sancti Egidii.

**CI.** Die Herzogin Agnes vereignet dem Domstifte eine Getreidehebung aus Röre, am 18. Febr. 1322.

In nomine domini amen. Nos dei gracia Agnes, ducissa Brunswicensis, Recognoscimus — quod propter deum nec non salutem animarum nostre ac nostrorum progenitorum, ad instantiam deuo-